



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. XXV. Profectio eius Romana cum Dei fiducia Angelorumque custodia

urn:nbn:de:hbz:466:1-43347

humile, sed excelsum valde iudicabat: ideoq; illud exercere non dedignabatur. Quare eò liberius illud etiam alijs commendabat, vt magna cum diligentia illud obirent, & ita singulis septimanis semel ad scholas puerorum accedebat, & Villagartia mittebat nos binos ac pedites in diebus Dominicis ad vicinos pagos, vt inde ibi exerceremus: vt sic antiqui, & Tyrones ad Exercitium ad eò sanctum valde afficerentur.

CAPVT XXV.

*PROFECTIO ELVS ROMANA,
& fiducia in Deum, qua se ad eam disposuit, diuinamq; Prouidentiam, & Angelorum custodiam expertus est.*



VM P. Balthassar esset Collegij Metinensis Rector, electus est Anno 1571. in Congregatione Prouinciali Procurator huius Prouinciæ, iuxta morem Societatis: quo singulis triennijs eligitur aliquis quatuor Votorum Professor, qui sit tot Religionis, Prudentiæ & experienciæ dotibus ornatus, vt Prouincia tota meritò possit illi sua negotia committere, vt præsens possit cum Patre nostro Generali ea tractare; ac deliberare, an necesse sit Generalem Congregationem cogere ad vniuersale totius Societatis emolumentum, cumq; ipse aliquot

aliquot ante dies, suspicaretur, se eligendum, vade id timuit: tum, quod videretur sibi parum aptus ad eius muneris executionem: tum quod videretur, ne profectio tam longa ipsum distraheret; ac in feruore Spiritus, quem habebat, torpesceret. In his ergo angustijs recurrens ad Deum obtulit se illi, ad quaecunque de ipso statuere vellet, & nominatim ad ipsam profectioem. Fingebat sibi hoc munus instar alicuius ingentis arboris, quam in humeris portandam se obtulit, nec ramusculum, nec foliolum aliquod eius deponens. Tunc (ut in libro libello ipse notauit) infudit illi Deus tantam internam claritatem, ut omnes praecedentes tenebras pelleret; & animi debilitates exueret, & sequentes

has veritates doceret. Si Deus te educit, quid times profectioem aut hostes? magnam potius gratiam existimare deberes, quod velit ipse Deus tua operari. Quid Moyses perdidit ex eo quod fuerit aggressus, quod ei Deus imposuit, ipse vero tantopere laborabat? & quid est id velle refugere, nisi in eam animi abiectioem incurrere, quam Deus in ipso Moyse reprehendit, & nolle eum tibi imperare (& in illa animi imbecillitate, quam ostendit Ierem. cum dixit:

a Iere. 1. 6 „ xit: a A, A, A, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia
 „ puer ego sum? cui respondit Dominus: ego sum, qui ad
 „ loquendum te eligo, & tu non scies loqui? & cum Deus
 „ quempiam in re aliqua constituit, cui desit peritia
 „ ad eam praestandam: Deus eam infundit: si virtus
 „ desit, negabit ne illam ei? Moyse deprecanti
 „ Officium, quod Deus illi iniungebat, dixit:

b Exod. 4. „ b quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est m.
 „ tum aut surdum, videntem aut caecum? nonne ego
 „ multum lucratus est Moyses quod aggressus esset et

Obe-

Obedientia, quod Deus iniunxit, siquidem ad tã-
 tam cum Deo familiaritatem peruenit, qua bea-
 tior fuit in terra, & omnibus eius Regibus illu-
 strior, sapientior & sanctior. commissum sibi ne-
 gocium, fuit illi singularis benevolentia & fauor
 apud Pharaonẽ & eius magnates; & quod Deus
 illi esset comes, rectitudo ac securitas fuit in eius
 peregrinationibus. Et mox orta in animo meo est
 magna interior fortitudo, & fiducia, quod esset
 mecum idem futurum, si cum amore & ex Obe-
 dientia profectionem illam susciperem: & ita il-
 lam ex eo momento acceptavi, & commendavi
 Domino, eiusq; Sanctissimæ matri, & Sanctis Pe-
 tro, Paulo, & Iacobo Apostolis, & Sancto Anto-
 lino: petijq; supplex Spiritum Instituti nostræ So-
 cietatis: Qui iter imperat, ipse transitum securum
 reddet. Iacobo Patriarchæ in medio itinere, &
 cum valde incommodè haberet, ostendit se Deus,
 cælusq; illi aperuit, & fauorem suum promisit;
 & qui ex domo paterna discedenti tot contulit
 beneficia; ad eandem redeunti, non iam soli vt
 prius, sed cum magno comitatu, iterum apparuit:
 & mutans illi nomen, tutum reddidit à violentia,
 & inuassione, quam à suo fratre timebat. Et quid
 Abraham amisit ex eo, quod ex terra sua exierit,
 vt obediret Deo? quid Ioseph, eò quod fuerit à
 proprijs fratribus venundatus, & humiliatus in
 Aegypto? Hæc omnia sunt P. Balthasar's verba, à
 Deo ipsi inspirata, vt magnum animum fiduciam-
 que conciperet de Prouidentia diuina, si profe-
 ctiones, aut Officia admitteret ex Obedientia.
 Quare cum magno verborum pondere dicere so-
 lebat: excelsum & compendiosum omnium no-
 fra-

,,strarum necessitatum remedium esse, diligenter
 ,,Deum, & procurare diligenter illi placere: nam
 ,,sic posse nos illi fidere: ad eum enim ipse Iustus dicitur
 ,,git, vt nolit eos esse sollicitos, aut curam habere
 ,,de suis commoditatibus; sed vt totam suam co-
 ,,ram in eam conijciant, quam ipsemet Dominus
 c *Matth. 6.* ,, illorum gerit: & propterea illis dixit: c *quam*
 33. ,, *primum Regnum Dei, & haec omnia adiucietur*
 ,, *vobis.* Si quem haberetis amicum ad eum vobis ad-
 ,, dictum, vt in vestri gratiam vestiret holoseru-
 ,, vestros famulos, eisq; splendida exhiberet con-
 ,, uia: aliquid ne dubium posset vobis superesse,
 ,, an vellet ille tantumdem vobis praestare, si in-
 ,, geretis? non certè. At hoc est, quod dixit Chris-
 d *Matth. 6.* ,, tus D. N. si d *Pater vester caelestis lilia agri tantum*
 28. ,, *pulchritudine vestit, vt nec Salomon in omni glo-*
 ,, *ria sua sic fuerit coopertus; & si auiculas iple dicit*
 ,, in obsequium hominis: an dubitare licebit
 ,, dem ipsum praestitutum vobis, quando eo in-
 ,, digebitis? o modicæ fidei homines, ista enim
 ,, nimi vestri defectio infidelium potius est
 ,, propria, quàm Christianorum: *Scit enim*
 ,, *Pater vester caelestis, quia his omnibus in-
 ,, getis.*

Huius Dei Providentiæ magnam P. Balthassar experientiam habebat, quâ in sua fiducia valde confirmabatur. Quare loquens de suis profectio-
 ,, ctionibus dicebat: experimur Deum non depon-
 ,, fuisse nostri curam in dispositione itineris singu-
 ,, locum dierum, ita enim deducebamur, quasi a
 ,, duce Angelo, cum ea itinera non praeventissemus,
 ,, neq; in eis conueniens alimentum nobis de-
 ,, esset: quamuis particula aliqua crucis Christi nobis

biſ obtigerit in laboribus & hoſpitijs, & in uſu rerum, quæ erant propria pauperum.

SE D ubi maximè hanc Prouidentiam eſt expertus in rebus omnibus corporalibus, & ſpiritualibus, fuit hæc profectio Romana: in qua Deus plenè præſtitit, quod promiferat. Nam faciens iter per Gallias, ubi hærefes inſolenter ferueſcebant; & ubi poſtea tres alij graues Patres huius Prouinciæ, idem tenentes iter capti fuerunt, & crudeliter ab hæreticis habiti, ut paulò poſt uidebimus. Ab his, inquam, omnibus periculis Deus eum eripuit, deſideriumq; impleuit, quo tenebatur Sacrum Miſſæ quotidie celebrandi. Sciuit, & potuit magnum in omnibus ſuis ſpiritualibus Exerciitijs ordinem ſeruare; & maiori diei parte, aut etiã toto dum in itinere pergeret orationi vacabat: & Pater Franciſcus Valquius (ſatis in hac Prouincia, ob ſingularem ſuam prudentiam & eximium ad conciones talentum, notus, qui ſimul cum eodem Patre, tanquam Bœticæ Prouinciæ Procurator proficiſcebatur) aduertit, quotieſcunq; eum aſpicebat, eſſe recollectum, & quaſi in Dei præſentia conſtitutum; & idem ſeruauit in ipſa vrbe, in qua noluit diſtrahi excurrendo ad uidenda curioſa, quales ſunt multæ in Vrbe antiquitates: Sed tempus, quod alij in ijs rebus conſumebant, expendebat ipſe in proluxa oratione apud Sanctorum corpora, quos uifiſabat. Et quoniam adeò rara præbebat ſanctitatis exempla, effecit Deus, ut omnes illum honorarent, ac uenerarentur. Optabant illi ibi manere, ut Rector eſſet Magiſterq; Tyronũ: iudicãtes benè collocatũ fore in capite illo orbis, eum

eum qui caput esset inter Tyronum Magistros, qui tunc essent in Societate. Sed vir sanctus strationem illam ad eam publicam fugiens, demissè excusauit se defectum prætexens, quem suæ Prouinciæ esse allaturus. Ideoque P. Franciscus Borgius, tunc Societatis Generalis, cuius insignis sanctitas & spiritus toti mundo valde est nota, illum permittit redire: tantiq; illum fecit, vt non solum multa ad vniuersale Societatis bonum spectantia cum eo conferret; sed interna etiam, & spiritualia, studendo penetrare, quantum Deus rerum illarum ei communicasset.

IN reditu etiam internæ eius perfectionis experimentum accipere voluit P. Iacobus Mironus, Assistens eiusdem P. Generalis Francisci Borgii, qui Pij V. Pontificis iussu veniebat in Hispaniam cum Cardinali Alexandrino eius Nepote ad grauissima Ecclesiæ negocia, cui P. Generalis cum non posset ipsemet omnes Hispaniæ Prouincias visitare, constituit P. hunc Mironum, Lusitanæ Visitatore, cuius antea fuerat Prouincialis. Hic, inquam, Pater constitutus Superior omnium è Societate, qui tunc illud iter in Hispaniam faciebat, præ alijs affectus fuit valde ad P. Balthassarem, ob insignem eius sanctitatem: apud quæ valde contendeat, vt socius eius esset in illa Visitatione: quod tamen ille demissè valde recusauit, asserens, se magno desiderio reneri ad quietem suam Metinensem redeundi, vt odore illo recrearetur, quem Probatio ex se afflaret, per Nouitiorum feruorem nam id plurimum conferre ad excitandam animam à torpore: & Officium Magistri Nouitiorum aptissimum esse omnium, quæ sunt in Societate, ad red-

ad reddendum hominem sanctum. Hoc responsum audiens Pater Mironus experiri voluit, & clarius cognoscere virtutem P. Balthassar, & ita illi dixit, vt benè attenderet occasionem illam, qua eius tunc esset socius, magni esse momenti: nam posse illum variarum Prouinciarum cognitionem & notitiam acquirere; & cum ipse Romam cum Patre Generali reuerteretur, maneret, tanquam Superior & Visitator omnium. cui P. Balthassar subridens respondit: O mi Pater, si scires paruam meam ad huiusmodi officia propensionem, & repugnantiam, quam ad illa sentio; & quanto pluris faciam per totam vitam in aliquo angulo ad odorem Nouitiatus manere: non me ad talia officia inuitares; quo responso accepto, miratus P. Mironus destitit à sua petitione.

SE D audiamus raram quendam casum, qui in reditu ex vrbe, transeunti per Gallias ei euenit; in quo paternam suam Prouidentiam Deus ostendit, ex ingentibus eos periculis & laboribus eruens. Nam exeuntes post prandium ex quadam ciuitate, & ituros ad aliam quatuor milliaribus distantem, aliquis eos monuit, ne viam Montanam tenerent, eò quòd ibi essent grassatores; sed per quædam prata & lacum, siue paludes aquis plenas, per quæ loca tutò pergere possent. Peruenientes igitur ad prata, & aquam ingressi coeperunt bestia, quibus insidebant, mergi vsq; ad ventrem: & iudicantes, impossibile fore tantum spatium, quod supererat ita pertransire: siquidem initio aqua esset adeò profunda, vt timentes lammam aliquam, quæ necessariò videbatur ibi futura, hærent omnes dubitantes, quid facerent: &

tunc

tunc vocem audiuerunt pueri cuiusdam ad ripam
 existentis ac dicentis: quod non bonam viam te-
 nerent; sed vt declinarent ad semitam, quae erat
 circa lacum versus montem. Sed inceperunt dubi-
 tare, an fortè Deus illis hoc significaret, ac pro-
 pterea expediret, semitam illam tenere; an fortè
 puer ille submissus esset à Prædonibus ad illos de-
 capiendos, quod re ipsa ita erat. quare ex Dei in-
 spiratione decreuerunt inceptum iter tenere, quo-
 uis augetetur timor periculi imminentis, cum vi-
 derent per eundem lacum venientem quandam ca-
 uim in qua multi erant remiges, rubris vestibus
 induti: quo recedentes à parte montis versus ipsos
 nauigabant: quare etiam timebant, ne illi essent
 prædones quos volebant vitare: qui aduerentes,
 ipsos nõ tenuisse semitam, veniebant, vt liberius ipsos
 in medijs aquis spoliarent. Sed timor hic mox e-
 uanuit: quia viderunt, illos ad terram descendisse,
 & in alio itinere progressos. Solùm itaque time-
 bant, ne fortè adhuc aberrarent: qui metus,
 quò vltèrius progrediebantur, eò magis cresce-
 bat: adeò, vt cum medium circiter milliare per a-
 quam essent progressi, iudicabant, temerarium esse
 se, vltèrius progredi; & ita decreuerunt per ean-
 dem viam retrocedere. Sed tunc viderunt Equi-
 tem valde splendidum venientem versus ipsos,
 per eandem viam, qua ipsi venerant; & ita per a-
 quam currentem, atque si per terram curreret,
 qui ad ipsos perueniens, humanissimè eos salu-
 tans dixit: vt ipsum absque vllò metu sequeretur,
 nam se optimè tenere viam, & ipsos saluos
 deducturum. Acquiuerunt ipsi, adeoq; celeriter
 perrexerunt, vt ante solis occasum ex lacu exire-
 rint.

rint. Et tunc Eques viam illis indicauit ad locum,
 quò peruenire cogitabant, nec amplius quàm
 medio miliari inde distantem, nec vllum esse pe-
 riculum aberrandi. post quæ verba, omnibus vi-
 dentibus, Eques euauit, & aduerterunt, cum ne-
 que vltius progressum esse, nec retrocessisse
 per aquam, nec ad vnum, nec ad alterum latus de-
 clinasse. Quare omnes agnouerunt singulare Dei
 beneficium, & aliquantulum hæserunt, gratias il-
 li agentes. Aliqui fauorem diuinum hunc tribue-
 bant sanctitati P. Mironij, quæ verè erat magna,
 & ille maximè instabat, vt per lacum progrede-
 rentur. Alij verò tribuerunt P. Balthasari, & con-
 tinuè eius orationi: par est autem credere Domi-
 num nostrum vtriq; fauorem hunc exhibere vo-
 luiffe, quorum oratio, vtpote valde iustorù fuis-
 ser adeò benignè in eius conspectu exaudita, ad-
 iuuantibus tamen etiam orationibus reliquorum
 sociorum, cum ipse Saluator dixerit; *e quando duo e. Matt. 18.*
vel tres consenserint super terram de omni re quam- 19.
cunque petierint, eam obtinebunt à Patre caelesti.
 Sed non licet dubitare, Orationem P. Balthasari,
 & fiduciam; quam de diuina Prouidentia ille
 habebat, magnum locum habuisse in scelici hoc
 euentu, quã voluit Deus nunc ostendere, quẽ admo-
 dũ fecit in alia huic simili occasione, cum ipse P.
 rediret ex Visitatione Prouinciæ Aragoniæ, vt
 postea videbitur. Nec dubitari potest, quin Eques
 ille fuerit Angelus Dei, habitu dissimulato: cum
 Angelis Custodibus hoc munus inter alia valde
 conueniat, iuxta illud Dauidis: *f Angelis suis man- f Psal. 90. 12*
dauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis,
in manibus tollent te, ne offendas ad lapidem
pedem

pedem tuum. In his autem omnibus ex eo con-
mor, quod tunc temporis P. Balthassar singulariter
habuerit erga SS. Angelos deuotionem, vt appa-
ret, ex singulari quodam sensu, quem 22. Decembris
ipsiusmet anni 1571. quem ipse his verbis referat
 „ Cum essem in oratione matutina hoc in me
 „ dium Deus ostendit, quod ego singularis eius
 „ uoris loco habui, quod scilicet singulariter vult
 „ me inclinauerit ad Reuerentiam Angelorum,
 „ ius scilicet qui Beatissimæ Virgini Incarnationis
 „ filij Dei annunciauit; & eius, qui ipsi Christo pa-
 „ sionem in horto oranti eum confortando praes-
 „ xit; & eius, qui aeterno Patri Sacrificium altis-
 „ simum quotidie praesentat; tanquam medium aeternitatis
 „ nis & reuerentiae his ministris habendæ. Item
 „ de propendi ad tres alias eorum Societates,
 „ scilicet, qui Christo D. N. oranti, pugnanti, &
 „ facienti assistunt; & in eisdem tribus rebus
 „ iustis assistunt; Angelis item meorum officiorum
 „ Custodi animæ meæ, & particularibus Patrum
 „ Fratrum, qui meæ curæ committentur. Et ab eis
 „ ra agnoui me teneri ad particularem eorum
 „ uerentiam, ex Obedientia Domini, credens ipsi
 „ omnibus illis me commendasse speciali suo
 „ & imperio. Cum igitur S. hic vir adeo fuerit An-
 „ gelis pie addictus; & ei, qui Christum D. N. in
 „ itineribus ducebat, & nunc iustos ducit in ipso-
 „ rum profectioibus: non mirum est, si aliquis eorum
 „ venerit ad eum in hoc itinere ducendum, & in
 „ aliquis, ita vt singulorum dierum itinera ita expo-
 „ dita haberet, quasi Angelus aliquis ea dirigeret
 vt supra retulimus.

SE D non decet praterire absque magna con-
deratio-

deratione duos titulos, sine nomina hinc ab ipso
 insinuata, ob quæ tenemur ad hanc deuotionem,
 & reuerentiam nostris Angelis exhibenda. Vnus
 titulus est, eò quod Deus D.N. id velit, ac præci-
 piat; quemadmodum enim diuina eius Maestas
 Angelis suis mandat, vt nostri sint Pædagogi, &
 custodes: cui vt obediant, id faciunt cum summo
 amore, ac diligentia: ita etiam iubet, nos eos ama-
 re, venerari, eisq; tanquam Magistris nostris parè-
 re, sequentes ipforum directionem, & inspiratio-
 nem in utilitatem nostram tendentem. quemad-
 modum Princeps, qui iubet Pædagogum sui filij
 curam gerere, etiam iubet filium eidem obedire.
 Alter titulus est, ob ingentia bona quæ ab iisdem
 Angelis accipimus, quæ maiora sunt, quàm cogi-
 tatione assequi possimus: quare lege gratitudinis
 tenemur eos diligere ac venerari, tanquam infi-
 gnes adeò nostros benefactores. Quare omnes
 idem Angelo nostro dicere possumus, quod To-
 bias dixit suo, scilicet Raphaeli à quo mirabiliter
 deductus fuit in quadam perfectione: *g Si me ipsum g Tob. 9.3.*
tradam tibi in seruum, non ero condignus prouiden-
tia tua. Et quid mirum quod terrestris homo, tan-
 quam seruus obsequatur cœlesti Principi: cum
 ipse existens Princeps cœlestis, dimittat
 se, vt Pædagogus & Custos sit
 hominis terrestris?

(***)

T. CAPVT